IRIMBERTUS ADMONTENSIS
Admont, um 1175
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift



4

Jeroboam filius helim scribit. quod dominus iste dicit quia quisque anime perfecte miserit. per humile suiipsius cognitionem. ad uiam dei nouiam puerum meretur:

loquitur. miserere animae tuae placens deo. ad sui cognitionem homo perducitur. Helim filius thau scribitur: quod signum uel subter dicitur. quia puerum dei et sui cognitionem ad carnis mortificationem quae per signum intelligit. et puerum humilitatem quae per subter accipit. homo pgreditur. Thau enim crucis formam exprimit. quam homo tunc in se perfecte gerit. dum pacituam uitam. carnem mortificare cepit. Thau filius siph scribitur. quod specula uel effundens dicitur. quia qui per actiuae uitae labores digne exercetur. ad contemplatiuae uitae speculam. unde uera sapientiae effundat doctrinam. promouetur.

Helchana effiaeus scribitur. quod uber uel puluerulentus dicitur. quia qui per hos perfectiuum gradus puenit. ad uera sapientiae et uirtutum uberiem mucra humilitatis perducitur. SEQVITVR.

ET HABEBAT duas uxores. nomen unam anna. et nomen secundae fenenna. fueruntque fenennae filii. anna autem non erant liberi.

Anna quasi aeuum interpretatur. fenenna euersio dicitur. Per has duas uxores. contemplatiua et actiua uita figuratur. quas ille iure sortitur. qui tantus ac talibus uirtutibus perfectis cumulatur. fenenna filios habet. quae actiuae uitae typum tenet. Anna autem libris carret. quae contemplatiuae uitae figuram habet. Actiua enim uita multos filios perfectu locupletatur. contemplatiua autem uita. soli dei affectu iocundatur. et gustu saciatur. Hinc est quod lia lippis quidem est oculis. sed fecunditate pollet. rachel autem pulchra quidem est. sed sterilitate marcet. Quod autem helchanam ordinem patriarcharum significare diximus. has duas uxores annam et fenennam. in typo ecclesiae et synagogae assumpsimus. Ordo enim patriarcharum in exordio mundi sedem ecclesiae rector efficitur. et de ipso synagoga egreditur. cui et ipse regimini praeficitur. Synagoga quae per fenennam figuratur. legem sibi traditam multis filiis fecundatur. ecclesia autem in spe uenturi quandoque euangelii. diuinae expectationis sterilitate maceratur. Helchana de euentu sua ascendit. cum ordo patriarcharum in fide sedem ecclesiae per spem et dilectionem. ad uniuersum dei expectationem. toto cordis desiderio se in futurum extendit. Helchana statutis diebus ascendit. cum ad illam plenitudinem temporis. in qua filius dei uenturus erat. in mundum per uterum uirginis. ordo sacerpatriarcharum cordis sui aciem a longe extendit. In qua mirum ascensione domini exercitum in sylo adorat. et sacrificat. dum uenientem a longe dei filium. per fidem devotionem suspirando salutat. et ei per spem et dilectionem. continentiae et laudis hostias lacrimando incessanter immolat. Sylo auulsio uel dimissio. uel ubi est ipse interpretatur. per quam uectus ler figuratur. in qua dei filius in omnibus sacrificiis et ceremoniis quaeritur. sed ipse solus eis populis. tandem ab ipso filio dei in sua perfidia diuellitur. et sicut uoluptatibus et uoluptatibus reprobis et paternis diminuitur. Per hely qui dominus siue scandens. siue scandens dicitur. uetus sacerdotium exprimit. quod dum quidem uocem nominat. sed per dilectionem cordis se ab eo alienat. quod per dei quidem notitiam scandit. sed ad per mundi uoluptatem se scandit.

Cui duo filii in sylo fuisse memorantur. ofni qui discalceatus siue insania euersionis interpretatur. et finees qui os requiei siue os mutum. ut silens dicit. quos scilicet nominibus eos interpretationibus in exordio huius libri innuit. quod uetens legis sacerdotium euangelio superueniente quandoque discalceatur. et perpetuo silentio condempnetur.

SEQVITVR.